



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 7. Quem sensum habent hae propositiones, Deus factus est homo,
& homo factus est Deus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORVM COMMVNIVM
sito, nomina vtriusque naturæ pro-
prietates significantia, de Christo
prædicari possunt: ita vt verè dica-
tur, Deus passus est, ac homo iste est
æternus.

Ex hoc quoque inferatur, post in-
carnationem, personā verbi esse com-
positam, cum prius simplex fuerit:
non quidem compositione, quasi ex
partibus, vnde totum resultet: sed
quia persona verbi, quæ antè in vna
tantum subsistebat natura, post in-
carnationem in duabus subsistit. Et
hæc benè intellecta, opinio vera cen-
setur.

Tertia denique dicit, verbum hu-
manam naturam, vt habitum seu in-
dumentum assumpsisse. Sed hæc hæ-
retica est, & abiicienda.

Caput 7.

Quem sensum habent hæ proposi-
tiones, Deus factus est ho-
mo, & homo factus
est Deus?

*Aug. ad
Rom. 1.*

*Aug. lib.
de Trini.*

ca. 13. li. 1.

Locutiones illæ, de quibus capi-
te præcedenti dictum est, secun-
dum illos dicendi modos, di-
uersimodè determinantur. Nam iux-
ta

xta prin-
& econ-
stantia r-
tè non fu-
ac illa s-
quod ex-
tis, nec n-

Quoc-
fuerit, i-
esse filius

Iuxta
us est ho-
carnatio
bus subfi-
ac sic, qui-
ram, fecit
esse à Deo
dum hun-
quantum
pore & na-

Et secu-
ra vnita e-
vnio ex g-
à Deo præ-
prædestin-
Sed iux-
tus dicit
minem ac-
est à Deo
nem, est I-
tus nō est

Iuxta primum, Deus factus est homo, & econuerso, &c. eo quod Deus substantia rationalis esse coepit, quæ antequam non fuerat & sic factus est aliquid: ac illa substantia coepit esse Deus, quod ex gratia habuit, non ex meritis, nec natura.

Quod cum ab æterno præuisum fuerit, ideo Christus prædestinatus esse filius Dei dicitur.

Iuxta secundum verò modum, Deus est homo, & econuerso: quia in incarnatione ex duabus naturis & tribus substantiis subsistens esse coepit: ac sic, quia humanam assumpsit naturam, secundum hanc homo dicitur esse à Deo assumptus. Vnde & secundum hunc modum Christus etiā in quantum homo, est aliquid, scilicet ex corpore & natura constitutum.

Et secundum quod humana natura unita est deitati in tempore, quæ unio ex gratia facta est, & ab æterno à Deo prædestinata, & sic etiam est prædestinatus cognitus.

Sed iuxta tertiam, Deus homo factus dicitur, & contra: quia Deus hominem accepit, & homo assumptus est à Deo, ita quod habens hominem, est Deus. Per hoc autem Christus non est aliquid, secundum quod homo,

*Idem sup.
Ioannem
tract. 66.*

*Aug. lib.
1 cap. 2. de
Trizi.*

LOCORVM COMMVNIVM
mo, sed aliquo modo se habens.

Aug. lib. 1. retract. cap. 19. Secundum quod etiam homo, predestinatus dicitur esse filius Dei, eo quod ab æterno præuisum sit, & in tempore per gratiam collatum, ut ipse qui homo, sit filius Dei.

Neque verò Christus dicitur homo dominicus, cum & August. olim sic locutus, postea hoc retractarit.

Caput 8.

Est'ne natura diuina de uirgine nata?

Concedi non debet naturam diuinam natam de uirgine, nisi ut persona nata de eadem dicitur. Nam si per naturam intellexeris essentiam, nec de uirgine, imò neque de patre nata dici potest. Quo etiam modo supra dicta est diuina natura incarnata, quatenus videlicet persona incarnata dicitur.

Ioan. Damas. lib. 3. cap. 2. de ortho. fide. Affirmatur autem Christus bis natus, & duas habuisse natiuitates: diuinam, scilicet, ex patre: & temporalem ex matre, ob distinctas illarum natiuitatum proprietates.

Caput 9.

Debet'ne

Debet'ne
flus

O n
tria dicit
in dilecti
exhibitio
randa, ne
noranda
seu adora
per omni
& diligen
Secun
riculo, ga
tria recte
ne sui: se
cet Deo in
pta, nec a
catholica

Est'ne

N o
it
n
turam, se
queretur
Sequeretur